Lechieli Spanhemio V. C. Consiliario Electoris Serenissimi Palatini.

427

Graviter ei molesto animo fuit, me nuper domi abfuisse, quum tu mi aula esses, mey. salutandæ tuæ humanissa honorare cupies. Intellexi illud à Fuchsio nro, et querelas mecy apud ipsum effudi; quæ ideò vehementiores erant, quod jam emblemata tua ad Serenissimum Electorem detulissem. Percupii n. ipsa inspicere, ut principi meo exponerem, et hujusmodi mandatum à Serenissimo Electore acciperet, ut tibi ac mihi negotium componendorum Emblematum injungeret. Sed id amicitiæ nræ posteris adscribemus petuti, per quam ipsa voluptate me fraudavit. Interim hodiè transmissa mihi Emblemata Serenissimo Electori tradidi, et plurimum ipsi delectati ei et multa de studiis ac summa eruditione tua mihi narravit. Imperavit mihi ut tibi gratias agerem, quod sanctissimum mandatum ipse reputicissem tibi, ni me negotia quædam domi detinerent. Vale Amstelodami DCLXX

Christiano Windero Med. D.ri

428

Expecto abs te horribile illud decretum, quo mihi diem et horam constituas, ut sævissimum ferrum venis admoveam et sanguinem meum effundam. Incrastinum diem vix mihi licebit esse tam crudeli, quoniam mihi ad radices sedendum est, et pecuniæ principis mei numerandæ; sequentibus autem diebus, vacuus ab laborum, et gentis ejusce fatalem sinam ejus mihi detis. Vale Amstelodami DCLXX.

Serenissimo Principi Electorali Palatino Carolo.

429

vide in Epist. Eccl. pag. antea 3.

Memini Serenissimum et Clementissimum tuum Parentem heri abs me discessisse, ac Aurora Cephalum in suos rapuisset amplexus, ac tum eo nuptias fecisset. Et hunc quidem inter omnes hujusmodi testimonium non habebam, quo connubium eorum probarem. Sed hodie legenti Pausaniam in Atticis hæc verba occurrerunt: Hæc in portu Cerameicum, propè Athenas, una cum Ceramo parum facilis sunt, Thesei Scironem in mare abjicientis et Aurora Cephalum ferens. Hunc